ANT. FRAN. Circa hoc de absente ex cā studiorum, dicas q talis dř absens ex cā pbabili & legitimè defensus non restituitur; sed nō legitimè defens9 pōt appellare, si vult, & pōt ét restitutioné in integrū petere ad tota cām; de quo uide Bart. in l. fi. in 2. col. in uersi. uenio ab secundam absentiā, ff. de in integ. & adde q sūt quinq; gña absentiarū; de quo p Spe. in ti. ꝺ sen. in §. iuxta, in uer. est ét nulla, & in §. qm, in uer. porrò. & uide etiam gl. mag. in uer. appellare, i d. l. fi. de in integ. rest. & qñ absentia dicatur probabilis & necessaria, uide etiā Bal. in l. ab eo, in ulti. col. C. quō & qñ iu. & no. in l. antepe. ff. ex qui. cau. ma. & uide ét per Spe. in ti. de in inte. rest. in prin. in uer. sciendū est. ubi etiam ponit de absente ex causa peregrinationis. Quis auté possit dare licentiam clericis & monachis eundi ad studium, dic q eorum superior, etiam si nō sit Eps. uide gl. in c. licet canon, de elec. lib. 6. in gl. pe. & hꝛ in cle. ne in agro, in §. sanè, el 2. & ibi per d. Car. de sta. mo. in 7. q. Et adde, q clericis licitum est studiū scientiarum secularium propter scire, non autem propter sequi, c. cū ergo, & c. legitimus, & c. si quis, & c. qui de mensa. 36. di. dicitur tñ in c. nonne, ea. di. q studium scientiarū secularīū est quædam uanitas. & inquantum dř hic de eo, qui nō est studiosus, adde q non sufficit diu stetisse in studio, neq; diu studuisse, nisi quis bene studuerit, ut est gl. in l. unicuiq;, C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. quæ dixit, q qui parū studet, parū proficit; & uide aliā gl. in c. cū ex lrīs, de in integ. rest. Et adde q studia diuersa sunt necessaria ad acquirēda necessaria huius uitæ, ut in c. clericus. 21. q. 1. & quæ sunt consideranda & seruanda per eū, qui uult optimè studere; uide per Pau. de Lea. in proœ. cle. in uer. cōmutantibus, & per Host. in c. 1. de offi. primice. Et adde q studium generale fit ex priuilegio Papæ, uel Imperatoris, uel ex consuetudine, ut per do. Car. in cle. 2. in §. fi. de magi. & quæ sint studia generalia, uide gl. & do. Car. in cle. dudum, in §. ab olim, in 15. q. & seq. de sepul. & ibi loquitur de studio Paduano, & Senensi. & dicit ibi in 5. q. q studium Paduanum non habet memoriam in contrariū; & ideo dicitur generale, & de huiusmodi studiis generalibus uide etiā per Bar. in proœ. fforum. & ibi ét dicit. q studium Romæ fuit cōcessum ab Inno. IIII. & illud studium dř tñ esse studiū legitimum: alia uerò dicuntur esse uel ex priuilegio, uel ex consuetudine, ut. ī. de quo uide in l. 1. & ibi etiam per Scrib. in rub. C. de stud. lib. ur. Ro. lib. 12.

d Nocere domino. Adde Alex. consi. 94. 2. lib.

SEB. SAPIA.
a Procuratoris. Vide Abb. in c. cum deputati, in versi. & ꝓ hoc dubio. ꝫ. de iud. Alex. in l. 3. C. de procur. latè Fel. in c. 1. co. 3. ver. nihilominus, tene opi. Ab. ꝫ. vt lite. non contest. vbi de ueritate eorum, quæ dicit Abbas hic.
b Petit inducias. Adde quod uoluerunt do. de Rot. hoc eo. tit. in nouis.
c Quod maritus. Adde videndum. Roma. consi. 446.
SEB. SAPIA.
d Pro contumace. Vide Abb. in c. 1. ꝫ. de iudi. & in c. prout. ꝫ. de dolo & contu. Bar. in l. consentaneum, in fi. C. quomodo & quādo iu. & facit ꝙ non dicitur ne misse qui non steterit. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. quam regulā exornat Fel. in c. in præsentia, in 43. col. de proba.
e Tanquam contumax. Adde Oldr. consi. 398.
ZACHARIAS.
f Absq; alia citatiōe. Adde de hoc plenè per Lanf. de Oria. in c. quoniā contra, in uer. expensæ. n. 21. & ibi in apost. Celsi in uer. sine aliqua citatione. ꝫ. de proba. & Alex. in l. ab executione, ff. de appel.
SEB. SAPIA.
g Iuribus uxoris. Quod uxor possit habere bona triplicis generis, ui de concord. per Corsetum in suo repertorio, i uers. uxor, col. fina.

& in hoc dic, ꝙ aut dn̄s est absens; ita, ꝙ cōmodè citari non pōt, & tunc pōt & dēt citari procurator, si quē dimisit, vt ꝓbať in l. 4. §. prætor ait ff. de dam. inf. no. gl. in c. causam, de do. & contu. & hoc casu pōt 6 intelligi iste tex. iuncta gl. aut dn̄s pōt cō modè citari; & est pulchrū dubiū, nūquid citatio possit principiari in personā procuratoris; & hoc dubiū tractant legistæ, in l. 3. C. eo. & si procurator velit rn̄dere, non est dubiū ꝙ valebit iudicium: sed dubiū est, nunquid ipsius cōtumacia noceat dn̄o, qui nō fuit citatus? & in hoc fuerunt opi. Bar. tn̄ in l. quāuis, ff. de dam. infec. & sentit in d. l. 3. dicit, ꝙ contumacia procuratoris[a] nocebit dn̄o quo ad interponendū primū decretū, ar. in l. illa, quāuis; sed quo ad interponēdū secd̄m decretum dēt citari dn̄s. Sed gl. no. in d. c. cām, dat theoricā, vt sp à principio citeť dn̄s, si commodè citari pōt: sed in defectū dn̄i est recurrendū ad procuratorē. & illā theoricam cōmendat Bar. in d. l. 3. & mihi plus placet quā præcedens conclusio ꝑ tex. in d. §. prætor ait. vbi primū mandať, vt denūtiatio fiat dn̄o: sed in defectū dēt recurri ad ꝓcuratorē. Quid aūt si dn̄s citatus constituit ꝓcuratorē, qui cōparuit & assumpsit in se litē. demū citať dn̄s ad certū articulū & nō ꝓcurator, nunquid teneatur dn̄s cōparere? dic ꝙ nō: quia ex quo semel in cā cōstituit ꝓcuratorē, iā declarauit animū suū ꝙ ꝑ ꝓcuratorē volebat esse in iudicio; ideò debat citari ꝓcurator, & non dn̄s. nā dn̄s nō cōpellitur ꝑ se esse in iudicio, vt in l. 1. ff. eo. & hanc conclusionē firmat Bar. in d. l. quāuis, & in l. 1. C. de sen. & interlo. om. iu. qđ intellige, nisi ex cā citetur dn̄s; puta ꝙ iustior est, quā ꝓcurator, & citať vt veniat ad rn̄dendū positionibus, vt in l. fi. C. eo. ti. & qđ leg. & no. in c. 1. de iud. lib. 6. & hæc notabis: quia quotidie accidunt. † In gl. fi. ibi: *vnde consulere debebat dominū*. Sed ꝯ hoc & ꝯ tex. op. dn̄s 1 teneť cōparere per se, aut per ꝓcuratorē c sufficientē, vt in l. 1. ff. eo. & ꝯ. c. ꝓxi. in fi. ergo imputandum est dn̄o, si nō instruxit 2 ꝓcuratorē suū sufficiēter. Sol. Inn. & Hostí. hic instant, an & qn̄ ꝓcuratori dēant d cōcedi induciæ ad consulendū dn̄m. & dicta Inn. hic refert Bar. & sequiť in l. nō solū, ff. eo. Et concludendo istorū dicta distingue sic, ꝙ aut à principio fuit citatus procurator, & ꝓbabiliter petit inducias[b] ad consulendū dn̄m: quia nō est quid imputetur dn̄o, quare non instruxit procuratorē. non. n. poterat diuinare; & ita loquitur iste text. aut à principio fuit citatus dn̄s: & tunc aut nō fuit expressum in citatione super quo esset conueniendus; & iō constituit ꝓcuratorē ḡnalē; & tunc petit etiam probabiliter inducias: quia non est quid imputetur dn̄o, vt hic, & ſm alium intellm̄. aut fuit dn̄s citatus specificè ad certā cām; & tunc non dēt habere procurator inducias ad consulendum dn̄m, an velit cedere vel contendere; nec ēt ad respondendum super meritis causæ: quia à principio dn̄s debuit procuratorē instruere, nisi emerserit aliquod nouū, quod dn̄s verosimiliter non potuit cogitare ſm Host. & bene; ſm quē Eps litigans si interrogatur super facto capituli, pōt petere inducias ad consulendū capitulū; & hoc notabis. † Et in fi. gl. No. fi. gl. singulariter; ex qua collige, ꝙ loci consuetudo est sufficiens cā abbreuiandi inducias, ēt quæ dantur condemnatis in causa pecuniaria; qđ ēt tenet Bar. in d. auth. qui semel, C. quō & qn̄ iud. & in l. si debitori. ff. de iud. vnde & hodie inualuit consuetudo, vt confitenti debitū à principio non dentur quatuor menses, sed solū 10. dies, vt not. gl. quæ sic dēt intelligi in d. l. si debitori. nā de iure cōi tā condemnatis q̄ confessis in cā pecuniaria dēt dari terminus quatuor mensiū ad soluendū, vt not. in c. quod ad consultationē, de re iud. & est tex. in l. 2. C. de vsu. rei iud. & in l. certum. §. fi. ff. de confes. & vide gl. in c. dudum, el 2. §. licet, de elec. in ver. responsionem. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest agere pro uxore absque aliquo mandato. 5.*
2 *Citatus comparens, & sine licentia recedens est contumax.*
3 *Contumax est ille qui misit procuratorem sine mandato, licet procurator petat inducias ad ostendendum procuratorium.*
4 *Contumax condemnatur in expensis absque alia citatione.*
6 *Coniuncta persona non admittitur, quando euidens est experiri contra voluntatem absentis.*
7 *Stipulari an quis possit alteri de iure canonico?*
8 *Condemnatio expensarum, non facta nec reseruata taxatione, non ualet.*

CAP. XII.

Constitutis. Si reus recedit à iudicio dimisso procuratore solūmodo ad agendū cōtumax est, & condēnať in expensis. Et prima pars narrat contumaciā & condemnationē actoris. Secunda, ibi: *nos autem*, condēnationē approbat, & causam cōmittit. Casus literalis. Quidā prior Sagień. H. noīe tenebatur in quadā quantitate pecuniæ. T. laico noīe vxoris suæ: & in p̄ntia Papæ cōstitutis. O. subdiaconū suum super cā illa concessit auditorē. oblato libello dictus prior recessit sine licētia, dimittens quendā procuratorē solū ad agendū: quē cū auditor ipse per mandatū procuratoriū sibi datū ad defendendū priorē sufficientem nō videret, ipsum priorē reputans contumacē, condēnauit eundē prædicto. T. in vnā marchā sterlingorū in expensis. Dn̄s Papa sn̄iam illā ratā habuit & firmā, mandans huic Epō, quatenus partibus conuocatis audiat cām. Ber. Not. 1. ꝙ prior regularis pōt obligari in cā pecuniaria, ad hoc. c. ex rescripto, de iure iu. & in c. quod quibusdā, de fideiussor. † Secundò not. ꝙ maritus[c] pōt agere noīe vxoris sine mandato. hr̄. n. loco coniunctæ personæ, vt in l. maritus, C. eo. & not. in l. sed & hæ, ff. eo. † Tertiò not. ꝙ cōparens ad citationē, & illicentiatus recedens, hr̄ pro contumace.[d] vnde pōt cōdemnari vt contumax. 11. q. 3. c. certū. Not. paria esse nullū constituere procuratorē, vel minus sufficientē. † Ex quo infero, ꝙ si dn̄s citatus mittat procuratorē sine mandato, & ille cōparens in termino petit inducias ad faciēdā fidem de procuratorio; dēt dn̄s condemnari tanquā contumax:[e] quia nō cōparuit in termino legitimè, ad hoc. l. 1. in fi. ff. quod cuiusq; vni. & ibi per Bar. † Not. vltimò, ꝙ contumax pōt condemnari in expensis absq; alia citatione[f]; de quo vide quod plenè dico in c. 1. de iud. In gl. 1. ibi: *mutuando ei pecuniam vxoris*: vel fortè vxor dedit sibi in dotē noīa debitorū suorum. quo casu agit maritus noīe suo quemadmodū si actio venderetur, vt l. nominibus, C. de act. & ob. & in l. nois, C. de act. vel hære. vendi. † An aūt in bonis & iuribus vxoris[g] admittatur maritus ad agendū, conclude latius q̄ gl. ꝙ vxor pōt habere bona triplicis generis. Primò dotalia, & in illis agit maritus noīe suo: quia dn̄iū rerū dotaliū transit in ipsum maritum, vt in l. doce ancillā, C. de rei ven. unde vxor non valet de illis ēt eleemosynā facere, vt no. in c. quod Deo. 33. q. 5. Quędam sunt bona paraphernalia, quæ sępe hēt vxor vltra dotē, quæ tradit marito, non tamen in dotem; & in istis censetur mari-

tur marit⁹ ꝓcurator.vñ pôt in eis agere tanq̃ ꝓcurator,nec tenet cauere de rato,& hoc tenet Bar.i l.marit⁹,C.eo.& pl. C.de pac.cô.tã ſup dote.Illa tñ lex expreſſe nô loqꝛ in hoc caſu:ſed diſpôit qñ uxor dedit inſtra iuriũ ſuorũ marito.nã

a tũc vr dare ſibi mãdatũ ad agedũ,ut eſt ibi gl.no.ª iũcto tex. ſed pôt adduci iſte tex.in arg. ad dcm Bar.ut queadmodum dãdo inſtra vr maritũ ꝓcuratorẽ in illis iurib⁹ cõſtituere, ita & fortius actua r bona ipſa ſibi tradẽdo. Quædaõ ſunt bona,q̃ uxor retinet penes ſe ultra dotẽ,& in illis hẽt locũ qđ hic dr in gl.q maritus nõ cẽſet ꝓcurator:ſed pôt ꝑ illis agere,ſicut cõiũcta pſona agit ꝑ cõiũcta, non q maritus ſit cõſanguine⁹ uel affin is uxoris:qa nulla eſt inter eos affinitas vl cõſanguinitas,ſed ſunt priuci piũ & cã affinitatis: ſed admittit marit⁹ ad inſtar cõiũctæ pſonæ,ut no.i l.ſed & hę, ff.eo.Et tenet hoc caſu marit⁹.cauere de rato, ſicut cõiũcta pſona,ut in d.l.marit⁹.ecõtra uero uxor nõ pôt agere ꝑ ma rito:qa nõ pôt mulier alienã ꝓcuratione ſuſcipere, ut in l. alienã,C.eo.Sed ſi uxor in iſtis bonis cõſtituit maritũ ꝓcuratorẽ in certa pte,dicit hic gl. q marit⁹ ñ poterit agere ſu p aliis,ꝑ d.l.marit⁹.Io.An.dicit hoc ꝓcedere ex iurib⁹ mã dati:ſed tãq̃ cõiũcta pſona poterit agere ſup aliis bonis, & dicit hoc tenuiſſe Petrũ & Martinũ de Silimanis: ſed gl.iuris ciuilis i d.l.marit⁹,& Bar.ibi.& alii ſequẽtes tenẽt ꝯriũ; & ita ſentit gl.iſta.nã eo ipſo, q uxor cõſtituit unũ ꝓcuratorẽ i certis bonis,vr tacite ꝓhibuiſſe,ne aliis bonis ſe im-

6 miſceat,ar.in c.nõne,de pſum.† Cõiũcta uero pſona nõ admittit,qñ euidẽs eſt cũ experiri ꝯ uoluntatẽ abſentis, ut in l. Põponi⁹,in fi.ff.eo.In gl.ibi:*noĩe uxoris ſibi potuit obligare prio vr &c.*No.gl.nec putes hoc ſpãle in uxore: ſed dic q quiſq; pôt noie alterius recipere obligationẽ tanq̃ negotiorũ geſtor,ut ꝓbaꝛ i l.pe.ff.de neg.geſt.no.Bar. in l.ſtipulatio iſta

7 §.alteri,ff.de uer.ob. † Sed alteri ſtipulari directe nemo pt de iure ciuili,ut in d.§.alteri, & vr gl.uelle q idẽ ſit de iure canonico,& in hoc no.gl.& idẽ vr uelle in c.ſi cautio, de fide inſtru.Sed gl.ᵇhẽs in ꝯriũ, allegat oẽs in c.quoties cor

b dis oculus 1.q.7.q̃ dicit,q de iure canonico teneor, ſi ꝓmit

c to tibi dare alteriᶜ certũ qd,q̃ gl.in l.illud,C.de ſa.ſan.ec.vr Bar.intellexiſſe quo ad pias cãs: ſed nõ eſt uerũ q gl. ſic loquaꝛ,& credo illã gl.uerũ dicere, ꝑut loqꝛ, qñ ꝓmitto tibi, q alteri dabo,ita,q uerba obligatiua ſeu ꝓmiſſiua dirigant i te pſentẽ,ut qa ꝓmitto tibi. nã hoc caſu ẽt de iure ciuili orit naturalis obligatio,ut i d. l.ſtipulatio iſta §. ſi qs inſulã,& in l.1.ff.de pac.Sed de iure canonico pôt agi,ubi eſt or ta naturalis obligatio ex cõſenſu,ſaltẽ p uiã denũtiationis, ut no.in c.nouit,de iud.& in c.1.de pac.& p Bar. in extraua gã.ad repri.in uerbo,ſeu denũtiatione. Sed dubium habeo, qđ ſi uerba ꝓmiſſiua dirigant in abſentẽ,ut qa dico tibi:ꝓmitto Titio abſenti dare x.& de hoc no.in d.l.illud,p Colle.in c.1.de pac.dico ſup ꝓœmio h⁹ cõpilationis, & dic ut ibi.Et in fi.gl.de hoc ultimo uide gl. plenã & notabilẽ in c. 2.de uſu. lib.6.ubi hr an & qñ poſſit agi ex obligatione q̃ſita p ꝓcuratorẽ,& notabis eã. In gl.in uerbo: *ad agendum,* ibi:*ad defendendum & non ad agendum.* Sed ꝯ hoc facit qđ di xi in c.accedẽs,ſ.eo.nã cõſtitut⁹ ad agẽdũ vr p ꝯns hre mãdatũ ad defendẽdũ,ut notauit ẽt gl. in l.mut⁹.§. pœna,ff.e. Sol.duplex primo,q iſte fuit cõſtitut⁹ ad agẽdũ ſolũmodo, ut in tex.& ſic illa dictio taxatiua excludit id,qđ poterat uenire in uim cõſequẽtiæ,ut no.in d.§.pœna. Sed o ſol.q cõtra riũ loqꝛ,qñ defenſio reqrit in uim cõſequẽtiæ, ut qa cõſtituit ꝓcurator ad agẽdũ ex parte actoris:hic aũt loq mur qñ defenſio reqrebaꝛ principaꝛr,qa fuit cõſtitutus a reo, vñ nõ poſſum⁹ dicere,q defenſio ueniat in uim cõſequẽtiæ,& hãc ſolonẽ ſentit hic d.Ant.& ſatis pôt ſuſtineri. Et in fi.glo. ꝑ hac gl.facit:qa q̃libet ẽt ſine mãdato pôt aliũ defendere pſtita cautione de iudicato ſoluẽdo,ut no.ꝯ.c.pxi. Sed tunc opp.vr.n.q nõ erat aiaduertẽdũ,an iſte hret mãdatũ ad defendẽdũ, ſed ſolũ debebat cõſiderari, an uellet abſentẽ defendere,& cautionẽ pſtare.Sol.dicit Inn. q dfia eſt in hoc:

qa ſi hẽt mãdatũ,ſnia pôt mãdari executioni in bonis dñi:ſed ſi nõ hẽt mandatũ, mandaꝛ executioni in bonis defenſoris, ut in l.Plauti⁹,ff.eo.Et ob hoc putat Inn. q ẽt ſi iſte uoluiſſet defendere abſentem, debuiſſet cõdẽnari abſens in expẽſis : qa abſtulit aduerſario iſtã cõmoditatẽ,ut in bonis ſuis ſnia nõ poſſit mãdari executioni.Sed mihi pl⁹ placet dictũ gl. qa nõ uideo,q hęc ſit iuſta cã recuperãdi expẽſas, ex quo i oẽm euẽtũ eſt cõſequut⁹ ius ſuũ, facit l.2. in fi.ff.ſi qs in ius uoc.nõ ierit.In gl.pe.No.gl. q ſp cõdẽnationẽ expẽſarũ dẽt pcedere taxatio iudicis, & iuſm ptis.

8 †Quid aũt ſi iudex cõdẽnat non facta ta-

d xationeᵈ?d.Ant.refert hic quoſdã tenuiſſe,q cõdẽnatio ualeat,ex quo nõ fuit appellatũ:ſed ipſe putat cõtrariũ,ex quo ius dat certã formã in cõdẽnatione,& notabis bñ,& ſingulariter hoc dcm tene mẽti. Aliqua tractãt hic Do.q̃ nõ faciũt ad intellectũ c.nec ſunt multũ in uſu , ideo uideas p te,& tractaui multa ultra Docto- a res, quæ ſunt in quotidiano uſu &c.

a Glo. not. Adde Ro. conſi. allegato.446.

SEB. SAPIA.

b Sed glo. De illa glo. uide Alex. in l. is qui hæres, ff. de acqui. hære. & Mod. in l.1. C. de pac.

c Dare alteri. Ad. de Bar.conſi.inci. Gellus fuit cõfeſſus. Alex. conſi. 3. 2.lib.

ZACHARIAS.

d Nõ facta taxatione. Vide Spec. in tit.de expenſis. §.poſtremo, i pri. & in tit. de exce. §.uiſo, uerſi.quid ſi reus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator reuocatus non impedit iudicium cum eo agitatum ſi huiuſmodi reuocatio erat tam iudici, quam aduerſario incognita, unde late infra num. 5. 7.*

2 *Procuratoris reuocatio nõ preiudicat ſi eſt facta poſt litẽ cõteſtatã aduerſario ignorãte; ſed ipſi reuocãti ſic.*

3 *Procurator rei, quantumcunq; conſtet de mandato, dẽt ſi cauere de iudicato ſoluendo, niſi dominus fideiuſſerit pro eo, ſecus eſt in procuratore actoris, & ratio differentiæ ponitur hic.*

4 *Exceptiones dilatoriæ proponuntur ante litẽ cõteſtatã.*

5 *Procurator ſi eſt reuocatus ꝑ mortem domini, & hoc ignoret iudex & aduerſarius, an teneat iudicium cũ eo agitatum?*

Sententia lata contra defunctum non ualet.

6 *Mandatum procuratoris non reuocatur re integra per mortem domini, ſi in procuratorio dominus cauit pro curatore.*

7 *Procuratoris reuocatio ſi eſt facta ante litem conteſtatam, an debeat notificari parti uel iudici?*

8 *Procuratoris reuocatio debet notificari iudici & parti per ipſum reuocantem, & non per alium.*

C A P. XIII.

1 MAndato. †Breue ẽſt, & ſecuudum cõmunem intellectum & uerum poteſt ſic ſummari. Tenet iudiciũ agitatum cum procuratore reuocato, ſi reuocationem iudex & aduerſarius ignorauerunt, & non diuiditur. Caſus literalis. Aliquis conſtituit procuratorem in cauſa, quam habet coram iudice ordinario, uel etiam delegato.procurator iſte eſt cum aduerſario ingreſſus iudicium. dominus poſtmodum reuocauit mandatum a ſuo procuratore. quæritur utrum ea,quæ cum ipſo procuratore poſt modum fecit,ualeant. Reſpõdet Papa, q ſi reuocatio iſta ad iudicẽ uel aduerſariũ non peruenit, iudicium,quod ipſe procurator poſtea eſt expertus, ratum eſſe de-

2 bet.†Not.1.q non ualet procuratoris reuocatio poſt litem conteſt. ſi ipſe procurator tãtũ fuit certioratus, & intellige q

a Seruaẽ de facto Adde quod uoluit Ro.cõsi. 72. Io.de Ana. consi. 82.
ZACHARIAS.
b Ante lit.cõtest. Adde q̃ dicaẽ exceptio dilatoria, & qñ opponi debeat, p l.anfrã. de Oria.in c.qm̃ contra §. statuimus, uer. exceptiones, nu.2.j. de proba. plenius per eundẽ in cle.sæpe, uersi. quædam sunt, de uer.sign.
SEB. SAPIA.
c Notitia utriusque. Vide latè Fe. i c.ex parte decani,in 13.col.uers. quinta regula, de rescrip. ubi plura ad propositum.
d Sit nullũ. Adde uidendum Alexã. consi.84 4. lib. & consi.164. 2.lib.
SEB. SAPIA.
e Quæstionẽ. Vide Feli. in d. c. ex parte decani,col. 11.uer.fallit nono, ubi uult, q̃ reuocatio quæ fit per mortẽ, opeẽ effectũ suũ,etiã si non sit intimata.

non ualet reuocatio in p̃iudiciũ aduersa- c
rii:qa debuit certificari: sed ualet reuoca
tio in p̃iudiciũ aduersarii reuocãtis:qa ip
se nõ põt p̃tẽdere defectũ reuocationis &
ignorãtiæ,ut no.in c.ex p̃te decani, de re
scri.Scd̃o not.q̃ ꝓcurator p̃t reuocari p⁹
li.cõt.sed hoc intellige ut no.in gl. pe.In
gl.1.No.bñ istã gl.ad quã quotidie hr̃ re-
cursus,& diuide hãc gl.in quinq; p̃tes. In
prima p̃te ponit qd̃ dẽat ꝯtinere instr̃m
ꝓcurationis.In scd̃a parte q̃rit,qd̃ si dubi
taẽ de ꝓcuratore ex parte rei?nã de ꝓcu-
ratore actoris plenè fuit not. in c.1.s̃.eo.
& dic ut ibi. In tertia parte q̃rit quã cau-
tionẽ debeat p̃stare ꝓcurator rei,uel ali⁹
qui offert se defensioni sine mandato. In
quarta parte quærit quo t̃pe debeãt exigi d
cautiones a ꝓcuratorib⁹. In quinta parte
ꝓseq̃t an ꝓcurator uniuersitatis, itẽ tu-
tor & curator debeant p̃stare cautiones?
Et scd̃a pars incipit ibi: *de mãdato ꝓcurato-
ris*. Tertia, ibi: *& sine quis habeat mandatũ*.
Quarta, ibi: *hmõi cautiones*. Quinta, ibi: *pro
curator uniuersitatis*. Et i eo q̃ gl.in prima
parte dicit,q̃ lr̃æ ꝓcuratoriæ debẽt mitti
aduersario,dic q̃ hoc est cautũ, qñ posset 6
dubitari de mãdato:sed ubi certũ est,q̃ in e
strumẽtũ ꝓcuræ est clarũ, tũc non est ne-
cesse ut scribaẽ aduersario,ut in c.1. s̃. eo.
3 †Quo ad tertiã p̃tẽ gl.uo.gl.q̃ ꝓcu. rei,
quãtũcũq; cõstet de mãdato,dẽt s̃p caue-
re de iudicato sol.nisi dñs fideiusserit pro
eo hypothecaria.i.obligatione bonorum
a suorũ,& ita seruaẽ de facto,[a]ut in cle.1.&
qd̃ ibi no.eo.ti.& i §.si uero, insti.de sa-
tisda.Et hæc cautio sufficit, qñ ꝓcurator
põt soluere id,sup quo conuenit, puta qa
agiẽ ad quãtitatẽ pecuniæ:sed ubi ñ posset soluere, puta qa
agiẽ sup re possessa a dño, & tũc ultra illã cautionẽ dẽt p̃-
stare cautionẽ de rati habitione. Sed q̃riẽ, quare ꝓcurator
actoris nõ cauet de rato,cũ certũ est de suo mãdato,ut in c.
1.s̃.eo.secus in ꝓcuratore rei?ut hic in gl. Hãc q̃õnẽ exami
nat gl.in l.nõ solũ §.q alieno,ff.eo.pleni⁹ p Cy.in l.1.in 1.
q.C.eo.p Spe.in ti.de satisda.§.3.uer.sed q est rõ.Et breui-
ter dic,q̃ securi⁹ litigat is,q possidet,quã ille,q petit & non
est in possessione.nam reo satis est cautũ aduersus dñm, ex
quo est in possessione, & habuit s̃niam cõtra procuratorem 7
dñi.nã hẽt exceptionẽ rei iudicatæ cõtra dñm, & sic si dñs
uellet diffiteri ꝓcuratoriũ,uel pergere p ambages, reus p̃t
securè litigare, cum sit in possessione.Sed qñ qs agit contra
aliũ,petit qd̃ sibi abest.unde iura timuerũt,ne si actor repor
taret s̃niam cõtra procura.rei,dñs t̃pe executionis se oppo-
neret malitiosè,fortè negando ꝓcuratoriũ,uel qd̃ sile, &
actor habebit litigare cũ reo possessore, ideo ut sufficienter
sit cautũ ipsi actori uoluerũt iura,ut ꝓcurator p̃staret cautio
nẽ de iudicato soluẽdo, ut sic s̃nia possit mãdari executioni
4 in bonis dñi,& in bonis ꝓcuratoris.† Quo ad quartã partẽ
gl.in eo qd̃ dicit,q̃ cautiones istæ exiguñ a ꝓcuratorib⁹ añ
lit.cõt.dic q̃ ideo qa istæ sunt dilatoriæ exceptiones, q̃ de-
b bẽt ꝫ poni ante lit.cõt.[b]& nõ postea,ut i c.pastoralis, & qd̃
ibi no.de excep.Et hoc intellige qñ procurator interuenit
añ lit.cõt.secus si interuenerit post: qa tũc p̃nt peti cautio-
nes: quia de nouo superuenerũt illæ exceptiones, adhoc l.
2.C.de cõsor.eius.litis.& no.gl.in c.cũ M.de cõsti. de mate-
5 ria istius gl.uide Spe.de satisda.§.pc.ubi plc.†In gl. in uersi.
reuocato, ibi: *si uero reuocatio perueniat ad iudicem,uel aduersa-
rium &c*. No.& tene mẽti gl.uult.n.apertè,q̃ ad nullitatẽ iu
dicii sufficiat reuocationẽ ꝑuenisse ad notitiam iudicis,uel

c aduersarii.nõ ergo req̃riẽ notitia utriusq;.[c]Et ad istũ tex. q
vr̃ innuere cõtrariũ,r̃ñdet gl.2.q̃ dictio, uel, resoluiẽ hic in
copularmã,& idẽ tenet Ho.j.e.i fi.& adhoc allego tex.in l.
sæpe,ff.de uer.sig.ubi dr̃,q̃ sæpe copulatiua poniẽ ꝓ disiũcti
ua,& ecõuerso, dixi pleni⁹ in c. inter cæteras, s̃. de rescrip.
Hoc tñ nõ est s̃p tiedũ:sed tũc solũ, cũ ex aliis iuris partibus
req̃riẽ utraq; pars alternatiuè.Sed gl.iuris ciuilis,q̃ seq̃ẽ ibi
Bar.in l.unica,C.de satisda.facit dr̃iã inter ignorãtiã iudi-
cis & aduersarii.dicit.n.q̃ si iudex ignorauit, & aduersarius
sciuit:tũc tenet iudiciũ p̃p ignorãtiã iudicis:sed aduersari⁹
repelliẽ a cõmodo ope replicatiõis. Sed si iudex sciuit reuo
cationẽ,& aduersari⁹ ignorauit,tũc iudiciũ nõ ualet: qa iu-
dex tulit sciẽter s̃niam ꝯ p̃sonã ñ ltimã.Pro hoc mẽbro opti
me facit tex.in c.si duob⁹,de app.ubi ꝓbaẽ,q̃ si iudex scit iu-
risdõnẽ sibi ñ ꝯpetere:uel exceptionẽ cõpetere absenti, non
ualet qd̃ agit.Sed placet mihi indistinctè opi.istı⁹ gl.ut etiã
d si sol⁹ aduersari⁹ sciuit,iudiciũ sit nullũ[d] p c.ex p̃te decani,s̃.
de rescri.ubi vr̃ tex.apert⁹.Itẽ est qd̃ imputeẽ aduersario, qua-
re litiganit cũ aduersario,uidelicet cũ ꝓcuratore reuocato.
vñ cũ ñ habuit ille reuocat⁹ facultatẽ deducẽdi ius dñi i in-
diciũ,ñ apparet rõ,quare dẽt ualere, si seipsum deceperit ad
uersari⁹.Optimũ sic capc ex his,q̃ leguñ & notañ in l.is q
se obtulit,ff.de rei uen.& in l.q se liti, ff.de peti. hære.Si.n.
scit aduersari⁹,q̃ re⁹ ñ possidet rẽ,& nihilomin⁹ uult agere
ꝯ eũ,nõ obligaẽ re⁹ ad interesse, uide in hoc qd̃ dixi s̃. eo.c.i
nr̃a.†Sed circa hoc annecto notabilẽ q̃õnẽ.[e]pone q̃ ꝓcura- 6
tor sit reuocat⁹ tacitè p mortẽ dñi.nũqd tenebit iudiciũ po e
stea agitatũ cũ ꝓcuratore,si iudex & aduersari⁹ nõ fuit cer-
tificat⁹ de morte dñi?qd̃ est q̃rere,nũqd dispositio h⁹ c.hẽat
locũ in reuocatione tacita,q̃ fit p mortẽ cõstituẽtis. Docto
res hic ñ tãgũt.sed Bar. formauit hãc q̃õnẽ in l.si ꝓcurato-
rẽ,ff.e.& ibi vr̃ tãdẽ cõcludere,q̃ iudiciũ sit nullũ,& sic q̃ di
spositio h⁹ c.ñ habebit locũ hoc casu.Mouet principalr̃: qa
hoc casu ñ est qd imputeẽ dño, quare nõ certiorauit iudicẽ
uel aduersariũ,cũ uita funct⁹ sit. sed in reuocatione exp̃ssa ẽ
qd imputeẽ dño,& licet multa possent allegari in ꝯrĩũ: s̃nia
tñ sua mihi placet p l.pe.ff.q̃ sent.sine app. rescin.ubi dr̃, q̃
s̃nia lata cõtra eũ,q defunctus est,nõ tenet. Ad idẽ tex. in l.
de qua re,in §.2.ff.de iudi.ubi dr̃,q̃ nõ tenet s̃nia lata cõtra
defensorẽ,si dñs tũc erat mortu⁹,& dic q̃ p mortẽ dñi reuo
caẽ mãdatũ,si res est integra,ut qa lis nõ est cõtestata, ut in
§.recte,cũ seq.insti.mãd.no.gl.in cle.si. de ꝓc. Hoc tñ limi-
ta p tex.sing.in l.si defunct⁹,ff.e.ubi dr̃, q̃ si dñs cauit ꝓcu-
ratore suo sciẽte,q̃ tũc ñ reuocaẽ mãdatũ post mortẽ dñi,
& est mẽti cõmẽdãdũ: qa hodie cõiter i ꝓcuratorio dñs fi-
deiubet ꝓ ꝓcuratore suo,iuxta formã,q̃ hr̃ in §.si.uero, in-
sti.de satisd.& dixi s̃.in p̃cedenti gl.adhoc cle.1.e.ti.†In ca. 7
gl.ibi: *supple hic maxime*.No.bñ cõclõnẽ gl. uult.n.q̃ notitia
reuocationis debeat ꝑuenire ad iudicẽ,uel aduersariũ, ẽt si
lis t̃pe reuocationis nõdũ sit cõtestata, de quo tñ dubitaue
rũt Do.ut no.in c.in nr̃a,& in c.ex insinuatione,s̃.eo.& Bar.
in l.si ꝓcuratorẽ,p̃alleg.vr̃ tñ ibi inclinare in opi.huius glo.
do.Ant.hic distinguit,q̃ aut iudex seu aduersarius erat cer-
tificatus de procuratorio, & tunc pariter fienda est notitia
reuocationis,& hoc casu procedat hæc glos.aut nondum fa
cta erat fides de mandato, & tunc procedat argu. a contra-
rio huius literæ.ut ante lit.cõtest.sufficiat certiorare ipsum
procuratorem,& licet non alleg.glo.hoc tenuit in c.2. j.eo.
lib.6.Sed ego indifferenter dicerem, q̃ ubicunque manda-
tum fuit speciale ad litigandum cum certa persona, semper
debet de reuocatione certiorari illa persona. Nam rõ text.
non est alia,nisi ut aduersarius non decipiaẽ per legitimam
ignorantiam:sed aduersarius deciperet,si nõ fieret sibi fides
de reuocatione.Pro hoc text. in l.si fideiussor §.1.ff.man.&
idẽ dico de procuratore ad negotia.ut dixi post Ioã. An.in
c.ex parte decani,de rescri.facit l.sed & si pupillus §.proscri
ptum,ff.de insti.act.Sed ubi ꝓcuratoriũ fuit generale, tunc
bene deberemus distinguere, quod aut adhuc non conuo-
nerat

nerat aliquã psonã; & satis est certiorare ipm ꝓcuratorẽ. Et idẽ dico si ad negotia fuerat cõstitutus. sic intelligo.l.si mãdassem,ff.mã.licet gl.hic aľr intelligat,& nõ bñ iudicio meo.Sed si uigore mãdati gñalis descẽdisset ad certã pso nã,dẽt illa psona certiorari,qa est eadẽ rõ, q̃ in ꝓcuratore spãli,& sic in hac materia nõ facerẽ dñam inter ꝓcuratorẽ ad iudicia,& ꝓcuratorẽ ad negotia.Nã in iudicio quasi ꝯhi mus,ut i.l.3.§.Idẽ scribit,ff.de pecul.& no.i.c.pia:de excep. li.6.& pdicta credo fore de mẽte Bar.i.l.unica,C.de satisd. & vide ad mãm qđ dixi.s co. in.c.i nr̃a,& i d.c.ex pte deca

8 ni.†Vltimo ex gl.q̃rit,nũqd sufficiat iudicẽ vel aduersariũ aliũde sciuisse reuocatiões?Doc. cõiter ꝯcludũt hic q̃ ñ,sed dẽt reuocãs certiorare iudicẽ,uel aduersariũ, ne det aduersario materia malignandi, & protelandi iudicium. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest esse procurator etiam in iudicio, si est maior; nec requiritur partis consensus.*

2 *Procurator simpliciter constitutus ad lites, censetur constitutus tam ad praesentes, quam ad futuras.*

Rescriptum ad lites non extenditur ad futuras.

3 *Procuratores plures dati non censentur dati in solidum, nisi dicatur; adeò quòd unus sine alio non possit aliquid facere.*

4 *Procurator primò datus, an censeatur reuocatus dato secundo?*

5 *Procurator in causa principali, durat ẽt in causa appellationis, si uult. 13.*

6 *Iudicium agitatum cum illo qui non poterat stare in iudicio, an teneat si non fuit oppositum?*

7 *Tacens in rebus onerosis habetur pro contradicente, nisi faciat aliquem actum, per quem uideatur approbasse illud.*

Accipiens literas praeiudiciales, censetur fateri contenta in eis, nisi cõtradixerit.

8 *Procuratores plures in solidum ad negotia dati, an unus possit ab alio exigere?*

9 *Executores alicuius ultimae uoluntatis possint unus ab alio exigere quod debat.*

10 *Procuratores plures an una sint constituendi, quando sunt plures actores, uel plures litigantes.*

11 *Procurator qui habuit sententiam contra suum principalem, tenetur appellare, & non expectare quòd dñs appellet, licet sciat sententiam contra se latã. 13.*

12 *Paupertas excusat procuratorem si non appellauerit.*

CAP. XIIII.

NOn iniustè. Hẽt multa dicta, & cõiter non summaĩ,sed per alia uerba põt sic summari.Filiusfamilias põt esse ꝓcurator i iudicio ẽt ad futuras lites. & ꝓcurator datus cũ pluribus simul insolidũ pfert, si poccupauit negotiũ,secus si diuerso tpe fuit datus.hoc primò.Procurator appellare dẽt à snĩa,nisi ex cã excuseĩ,quo casu dẽt dño nũtiare de snĩa, ap pľonẽ tñ ꝓseq nõ tenet.Et sex sunt dicta principalia istius tex. fm,ibi:*quamuis*.tertiũ ibi,q *licet*.quartũ,ibi:*quod fieri*.q̃ntũ,ibi:*potuit*.sextũ,ibi;*licet* & satis notabilis tex.ẽ.Casus lr. Fil.fa.fuit ꝯstitutus ꝓcurator i aliqua cã,&ẽt ad futuras cũ qbusdã aliis insolidũ,& ipse pueniĩ alios.obiiciebat ei, q̃ ñ poterat eẽ ꝓcurator,cũ eẽt i ptãte alterius, & q̃ ad futuras cãs ꝯstitui nõ poterat.iudex nihilominus ipm admisit.q̃riĩ qđ iuris sit? Rñdeĩ q̃ iudex iustẽ fecit,q ipm admisit, q̃uis ad futuras cõtrouersias fuerit cõstitutus. & licet cũ aliis simul fuerit ꝯstitutus, ipse tñ prius ꝓcurationis offĩn occupauit: sed talis occupatio locũ nõ hẽt in ꝓcuratoribus diuersis tpibus cõstitutis;qa dato posteriore prior ꝓcuratio esset reuocata.Sed pone q̃ ꝓcurator cõdẽnatus est, q̃riĩ an teneaĩ appellare;& ꝓseq appellationẽ? Rñdeĩ q̃ co q̃ snĩa lata est ꝯ ipm,pt & dẽt appellare;uel si ex aliqua iusta cã appellare ñ pt,dẽt hoc dño significare,ut si uoluerit,appellet; sed cãm appľonis ꝓseq nõ teneĩ inuitus.B.†Not.1.regulã,

1 q̃ ẽt filiusfa. pt eẽ ꝓcurator alterius ẽt in iudicio, nec req riĩ patris consensus;hoc intellige,si est maior.25.an. qa ꝓcurator ad iudicia nõ dẽt admitti añ istã ætatẽ,ut in.c.qui gñaľr.§.fi.ꝫ.eo.lib.6.& an hoc indistinctẽ sit uerũ,dicam cũ gl.†Not.2.q̃ ꝓcurator põt cõstitui nedũ ad lites psentes;

2 sed ẽt ad futuras;ᵃcõcor.l.3.ff.eo. Et ex hoc no.dicit Spec.

a e.tit.3.uer.sed qđ si ꝓcurator,q̃ ꝓcurator simpľr ꝯstitutus vr̃ cõstitui ad psentes & ad futuras lites; qa nõ apparet rõ, quare m.gis uideaĩ ꝯstitui ad psentes lites,quã ad futuras; ꝓ hoc.c.qa circa.ꝫ.de priuil.nõ.n.est hęc ma odiosa,sed fa

uorabilis,ut no.Inn.i.c.sedes,de rescrip. & iõ rescriptũ ñ extẽdiĩ ad futuras lites,

3 ut i c.fi.de rescrip.†Tertiò no.q̃ si plures simul dãtur procuratores, põt vnus sine alio ꝓcurationis offĩn exercere. Sed intellige qñ fuerũt dati insolidũ; qa hoc importat illa cľa,insolidũ.i.q̃ qsq; hẽat solidã ptãtẽ, & q̃ qsq; possit facere id qđ posset dñs facere ꝓ se;intellige quatenus se extẽdit mãdatũ; & uide hodie tex.i.c. si duo,de ꝓcu.li.6.& in.c.pe.de ele.secus si sunt dati simpľr; qa tũc unus nihil pt si

b ne alio,ᵇvt in dictis iuribus. †No.in ver.

4 *quod fieri*;q̃ ꝓ dationẽ secũdi ꝓcuratoris reuocaĩ tacitẽ primus alio tpe datus; cõcor.tex.i.l.si qs cũ,§.fi.ff. e. Et ꝓ hũc tex. dicit gl.in.c.3.25.q.2. q̃ Papa dando fm legatũ,vr̃ reuocare primũ:uel dic & melius q̃ hęc fuit opi.Cald.in.c.sua,de off. uic.sed gl.pal.tenet ꝯriũ,per.c. uolentes, de offi.lega.& de hoc dic, ut ibi plenius dixi.vbi ẽt tetigi, an dãdo fm vicariũ uideatur Eps reuocasse primũ.Et intellige istum tex.qñ fuit datus scđus añ lit. ꝯte. secus si post. tũc.n. non vr̃ reuocatus primus,cũ nõ possit reuocari sine causę cognitione,ut in.c.2.ꝫ.c. li.6. & idẽ sentiũt

5 gl.& Bar. in.d.l.si qs cũ. †Not.in uer.*potuit*,q̃ mãdatũ factũ ꝓcuratori sup certa lite nõ extinguiĩ ex toto ꝓ snĩam,sed durat in cã appellatiõis,si procurator uult; qa eadẽ ẽ cã appľonis cũ principali; sed

c nõ ꝯpelliĩ procurator ꝓseqᶜ appeľonẽ, licet teneat appellaĩ.Et fortẽ rõ fuit;qa

d cõiter cã appľonisᵈuentilaĩ in alio loco & in alio iudicio; iõ ꝓcurator non vr̃ se obligasse,ut ꝓsequaĩ in alio loco.Et tene mẽti istũ tex.i fi. nã Legistę multũ dubitauerũt, utrũ ꝓcurator teneret ꝓseq; qa tex. iuris ciuilis i hoc ñ clarẽ loquiĩ.

6 Sed tex.iste aptẽ decidit hũc casum. †In gl.1.ibi;*nisi esset minor*.Vult ergo gl. indistinctẽ,q̃ minor nõ admittaĩ, ut sit ꝓcurator ꝓ exneo.Host.hic istat.sed tene tu dcm̃ gl.p.c.q gñaľr,pal.Dicit tñ Io.An. hoc ꝓcedere,si opponiĩ,sed si ñ opponaĩ q̃ est minor; tũc pt ꝓcedere opi. ꝯria,& hæc limitatio esset notãda ad illud.c. q gñaľr, si esset uera. Sed d. Ant. tenet indistinctẽ,q̃ procurator esse nõ pt, ẽt si ñ opponatur, cùm nõ habeat legitimã personam standi in iudicio per se, & hęc opi.videtur uerior. Ad qđ adduco theoricam Bar.in.l.filiusfa.in.§. ueterani, ff. eodem.ubi no.dicit, q̃ quando quis nõ põt esse in iudicio,nec ꝓ se, nec pro alio, q̃ tunc,licet non opponatur, nihilominus non ualet iudiciũ, arg. in.l.2.ff. qui sat.cog.minor aũt nõ põt esse ẽt pro se in iudicio sine curatore,ut in.l. clarum. C. de autho.pstan.& no.in.c.si annũ,de iud. li.6.Et ex his potes sumeĩ bonã rľam ad no.in.c.i nr̃a,s.e.an teneat iudiciũ agitatũ cũ eo,q nõ poterat eẽ ꝓcurator, si nõ fuerat oppositũ. Nã si poterat eẽ ꝓ se in iudicio,ualet,si ñ fuit oppositũ, sic ꝓcedat gl. i,l.ita demũ,C.e.& qđ ibi.no. gl. đ femina. aut nõ poterat eẽ i iudicio ẽt

a Ad futuras. Adde Old.cõsil.318.

b Sine alio. Adde uidendũ Old.cõs. 130.ubi examinat hũc articulum.

c Proseq. appellationẽ. Adde quod do.de Rot. decis. 63.hoc eo.ti. dñt secus esse,si fuit ꝓcurator constitutus duntaxat ad audiẽdũ sentẽtiã. ZACHARIAS. Adde Rom.sing. suo.467.inci.ꝓcurator si snĩa feraĩ ꝯ dñm,ubi nõ firmat, imò dicit eẽ dubiũ,de quo per doc.in.l. inuitus, C. eo.

d SEB. SAPIA. Causa appellationis.Vide Legistas in.l.ita demum, C.de ꝓcu. ubi ponunt, an causa appellationis sit eadẽ cũ principali, & ibi gl. ponit de qõne sabbatina, an aduocatus,qui pmisit defendere cãm,teneatur pro eodem salario defendere in cã appellatiõis,de quo plura ibi ꝑ Mod.

p se:& nō tenet iudiciū.Exēplū in seruo,
furioso,& pupillo.Et ex hoc infero; q si
religiosus acceptauit pcurationē sine li
centia supioris; q nō tenebit iudiciū cū
eo agitatum,licet aliter senserit Boa. in
d.c.in nostra;& sic limita ea q dixi, & te-
2 ne mēti[a] theoricā pall.†In gl.2.ibi;*& de*
7 *bet expresse consentire*,rō est;qa in onero-
sis & maximè in obligantibus psonam
b rr tacens[b] hr p ɔ̄dicēte,ut not.in.§.inui
tus,alle.in gl.secus in re cōcupiscibili, &
honorabili,seu cōmodosa, qa tūc tacens
hr pro ɔsentiēte, ut in.l.q patitur,ff mā.
& hec est theorica Inn.in.c.i genesi, de
elec. & transumptiuè p gl.in rła qui ta-
cet,de reg.iur.li.6.plenè dico in c.nōne,
de psump.Et limita hoc dcm gl. per cle.
t.j.eod.Nā si sciēter qnis recipit instrm,
quo cōstituit pcurator, vr tacitè se obli-
c gare[c] ad illud offm, ut est ibi tex.not.&
hoc ideò;quia ultra simplicē taciturnita
tē interuenit actus positiuus; ad idē fa-
cit.c.ex ore,de his q fi.à maio. parte ca-
pit.Et ex hoc cape unā bonā theoricā, q
ubi tractat d piudicio alicuius, si ultra ta
citurnitatē facit aliquē actū, qui vr ueni
re ad approbationē actus illius, vr tunc
consentire.Et ita not.Bar.in l. quo.n.ff.
rem rat.habe.Et ex hoc infert, q si scien
ter recepi literas alicuius,in quibus dice
bat,q erā debitor suus,neq; ilico recla-
maui, uideor consentire; ad hoc bonus
tex. in.l.filiusfamilias patre absente, ff.
ad Mace.& ibi p Bar.qđ no.In gl.3. ibi;
sed idem uidetur dicendum. Hęc gl. recedit
à conclusione,quā prius fecerat. vnde te
ne quod pmittitur in gl.& distingue, ut
plenius hodie hr in.c.si duo, &.c.pen.eo.
8 ti.lib.6.†Sed ex gl.qro de notabili qōne.
pone q dati sunt duo pcuratores insoli
dū ad negotia.nūqd unus possit exigere
debitum ab alio, siue debitū sit ɔ̄ctū ante
mādatū eis factū,siue postea? Fed. ponit
cōsi.124.& cōsi.180.& ibi cū quibusdā le
gistis concludit,q sic, qa ex quo sunt da-
ti insolidum, quisq; hēt potestatē sicut
dńs,& cū possit unus poccupare negotiū
ut in d.c.si duo. Videtur ergo,q exigēdo
à conprocuratore, q præoccupauerit
negotiū; & sic nō poterit ille allegare se
pcuratorē.Et ex hoc ēt concludit; q nō
poterit ille exactus postmodū re exige-
re;quia iam fuit pu̅entus à consocio. Et
pp hoc vr sentire Federi. q possit unus
exigere ab alio ēt id,quod exigit ab alio
d tanq ptocurator.Sed hanc mām reperio
plenius tactam per Bart. in.l. qui pprio
§.fina.ff.eod.Nā in hoc duo text.videnē
cōtrarii.ille.n.§.fin.vr uelle,q unus pos-
sit ab alio exigere:sed text.in.l.seq. q in-
cipit,qui duos, dicit totū oppositū; & p
concordantia multę dantur ibi solutiones. Sed tādē con-
cludit Bart. q aut plures pcuratores sunt dati simplr; &
tunc certum est,quod unus non potest ab alio exigere;quia
nec etiam ab extraneo. nā rr unus nō potest aliquid age-
re sine alio,ut in.d.c.si.duo. Hoc uerū, nisi essent dati ad di
uersa; vt qa unus habet procurare q sunt in ciuitate, alius
ea quę sunt in rure. tunc in spectantibus ad ciuitatem iste,
qui est cōstitutus in rebus ciuitatis, potest exigere ab alio,
si est debitor dńi respectu eorū quæ sunt in ciuitate; & ɔ̄.
Aut sunt dati insolidum,& tunc aut ad exigendum,& unus
ab alio pōt exigere:ad hoc.l.si plures, ff. de administratiōe
tutorum,& not.per gl.in l.2.C.eod.aut sunt dati gńalr ad
negotia;& nō pōt unus ab alio exigere: ita intelligit dictā
l.qui duos.Hoc uerū,qń est dńs, qui pōt exigere: alias aūt
secus.unde, si sunt duo tutores, ex quo unus soluit debitū,
pōt alter ab eo exigere;qa nō est ibi dominus,q possit sibi
9 puidere,ut in.d.l.si plures.†Et ex hoc notabiliter infertur,
q si sunt duo executores ultimę uolūtatis, pōt unus exigeē
ab alio quod dēt,ex quo p se nō soluit,nec ibi est dńs,q pos
sit sibi puidere;& hoc bń notabis ad intelłm.c.si.in.§.t.de
10 testa.li.6.†In gl. in uer. *procurati*. ibi; *ad unam autem litem.*
Not.hic gl.vsq; ad finē,cū querit,nūqd plures litigātes sup
eodē,si sunt actores vel rei, teneātur cōstituere unū pcura
torē,uel quilibet possit dare suū?& gl.bń loquit,sed nō tra-
dit generalē doctrinā. Sed si qs consideret mētē legū hic
allegatarū,pōt elici hæc theorica,q ubicunq, obligatio ha
buit à principio originē in psona unius, licet descenderit
postmodū ad plures:tūc tenēt isti agere, uel defendere se p
unū pcuratorē.Exēplū in pluribus hęredibus unius;qa nō
dēt alterari obligatio ex persona hæredū l.2. ff.de uerborū
obligationi.aut obligatio seu factū est originatū in psonis
pluriū; & tunc qlibet pōt p iure suo dare pcuratorē,ut in.
§.fi.allegato in gl.& hāc theoricā uoluit ibi Bart. post glo.
11 alias incipit ille.§.vnius.†In gl.fin.ibi.*quia hic non distingui
tur*;& hæc opi. cōiter hic tenet à Doct.;ut nō releuetur pcu
rator à denūtiatione fienda dńo, licet dńs sciat sńiam latā
ɔtra pcuratorē.rō;qa poterat dńs cogitare,q pcurator ap
pellaret,cū teneat pcurator appellare,uel denuntiare dńo,
12 nisi iusta cā eum excuset,ut hic. †In eadē gl.ibi, *vel inopia*.
Notat gl.q pp inopiā excusat pcurator,si nō appellat.mul
ti mordēt hāc gl.quia in appellatione à diffinitiua sufficit
dicere;Viua uoce appello: & sic nō requirit aliqs sumptus.
Sed dic glossam pcedere, qń pcurator nō appellauit uiua
voce incōtinēti.nā si quis appellat ex interuallo,dēt appel
lare in scriptis l.1.in fine,cū.l.sequ.ff. de applo. & no.in.c.
13 cū in ecclesia j.de appel.& c.cordi,eo.tit.lib.6. †Extra glos
sam qro, nūquid indistinctè teneat procurator appellare?
Solutio.conclude colligendo dicta Doctorū, q aut fuit da
tus ad certū actū, puta ad recipiendū libellum, uel sńiam
audiendā; & tunc nō tenet appellare:qa mandatū se nō ex
tendit ad hunc casum. nā uno cōcesso uidētur alia phibita
l.maritus.C.eo.& 25.dist.c.qualis. Aut fuit datus ad certā
litē;& tunc hēt locū quod hic dr.vr.n.tacitè mandatū vt ap
pellet:ne lis pereat p trāsitū in rē iudicatā.sed nō tenet ap
plonē finire;qa illud est aliud iudiciū;sed si fuisset datus p
curator gńalis,puta ad oēs cās & lites, tūc tenet appellar[d]
& applonē psequ:qa & hæc cā applonis lis est; & sic pt inte
ligi tex.in.l.prima,in fine.ff.an p aliū causę applonis;facit
c.dilectus,ɔ̄.e.& not. hanc limitationem ad illum textum.
Idē dńt Doct.in negotiorū gestore, q vlr pcurat negotia.
nā,cū talis teneat de non gestis,ut in.l. si pupilli, ff. de ne
gotiis gestis;fortius tenet appellare, & applonē psequ, ne
applonis negotiū maneat desertū.Itē intellige tex.i applo
ne à diffinitiua.In interlocutoria uerò,tenet Inn.q pcura
tor tenet eā psequ,nisi ɔtingeret eū se absentare; uel alr ne
gotia sua ultra solitū ipediri; quasi sit idē negotiū cū prici
pali.Et refert hic Ho.q i curia Ro.alr seruat de stilo curię
nā si pcurator appellat ibi ab iterlocutoria, tenet illā pse
qu.

Tene mēti. Adde qđ Old. cōsil. 311. sentit, q iudiciū ualeat, pro quo adde qđ uoluit Ro. cōsi.409. allegans ēt Feli. cōsiliis suis.
SEB. SAPIA.

b Tacēs. Qñ tacēs videat consentire uide per Fel. in.c. nonne, de psump. ubi ponit regulā cū limitationib[9].

c Obligare. Adde Rom.consi.315.
ANT. FRAN.
Circa hoc an traditio instrumētorū facientium ad causam habeat uim mandati, uel si instrumentum debiti reperitur penes debitorem habeat uim satisfactionis debiti, & ex hoc præsumatur debitum esse remissum; adde quę not. in.l. Labeo,& in.l.postq̄, ff.de pac.& in.l.3. ff.de dona. & in.l. Menia,ff. so. mat. & uide glo.in.l.fi. C.de pac.conuen. & facit text.in.l. seruum filii, in.§. eum qui chirographum,ff.de leg.1. & habetur p Cy.ī l.maritus, C. de procu. & per Bar. in.l.1.in.§. pinde ff. ad Mace. & per Ang.ī.l. negotiorū,in.§.1.ff. de appel.& uide bo.gl. & ibi no. p Doc.ī c.corā dilecto, de off.deleg. & si reperiat instrumentum penes aduersarium uitiatum, quod prius erat illæsum, an præsumatur fuisse vitiatum per eum penes quem reperitur, & quid tūc debeat facere iudex, uide q plenè no.p Io.An. in.c. accepimus, de fi. de inst.& cir.illud quod hic dicitur de epistola, dicas q eoipso q qs recepit epistolā cōsentit cōtētis iea, nisi protestetur, adeò q si epistola continet contrariū; nascitur ex ea obligatio lege si filiusfamilias patre absente,ff.ad Mace.l.Titius Seio,& ibi p Bar. ff.de cō.fti.pe.& hr i l.Publia,vbi ēt p Bar.ff.depo.Adde tñ q epła. cōmendatitia alicuius;nō obligat scribētē.l.fi.verò. §.cū quidā,ff. mā.& vide tex.& ibi plenè tractat,i l.fi.ff.qđ cū eo.& an epła obliget mittentem, ita vt ex ea oriat actio,vide i l. fin. ff. de act.& ob. & in l.fi.ff.mā.& p Spec.in tit. de procura.in §.4. in versic. si qd.

d Appellare. Adde Oldr.consi.332.do.de Rot. hoc eod. tit. in nouis.

qui.si appellat à diffinitiua & dñs ē ꝓpinqu⁹ curię,tūc dat̃
sibi breuis terminus ad denūtiādū dño, sed si dñs multū di-
stat; tūc datur ꝓcuratori terminus pemptorius ad ꝓsequē
dum appellationē;quod si non fecerit,sentētia trāsibit in rē
iudicatam; & hoc factum fuit,vt lites abbreuiarentur &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non potest nec esse procurator, nec procuratorem constituere licet postea absoluatur.*
2 *Actus authorizatus per excommunicatum, est ipso iure nullus. 8.*
3 *Actus gestus per vniuersitatem, in qua erant aliqui inhabiles, est validus, nisi in casibus hic expressis 4. ubi ponitur ratio. 5.*
4 *Inhabiles an vitient actum per ipsos & habiles celebratum? 7.*
5 *Vniuersitas an possit aliquid sine rectore disponere?*
6 *Electio facta per habiles, si unus erat inhabilis, an sit nulla?*
9 *Solemnitas si nō requirit in aliquo actu, si fuerit adhibita minus iuridicè, an vitiet actū?*
10 *Vniuersitas quando constituit procuratorem vel syndicum, non requiritur authoritas, vel decretum superioris.*
11 *Literæ impetratæ per excommunicatum, indistinctè sunt ipso iure nulla.*
12 *Error communis in his quæ geruntur, non excusat.*
13 *Inhabilis promotus ad officium non pandens suum defectum, punitur.*
14 *Contumelia personæ, an intelligatur respectu commendationis ciuilis?*
Literæ an possint impetrari per unum de uniuersitate?

CAP. XV.

Consulti. Procurator uniuersitatis,* cuius maiores & iurati sunt excōicati, non
repellitur ab impetrando, nisi illi in ꝓcuratorio
sint expressi:vel corū authoritate factū sit; vel ad
id scienter sint admissi.h.d.& est decisio notabilis & subtilis.
cōis diuisio. Secunda,ibi: *taliter.* Casus literalis. Quædam
cōitas constituit quendā ꝓcuratorem ad impetraudū. ma-
iores de illa cōitate & iurati, per quos eadē cōitas regitur,
erant excōicati eo tēpore,quo iniunctum fuit illis procura-
toris officium. quæritur vtrū talis procurator propter hoc
ab impetrando debeat repelli? Rñdetur, ꝙ non est ꝓcura-
tor hmōi repellendus, nisi illi excōicati expressi essent in li
teris procurationis,vel nisi aliàs corū authoritate procura-
tio facta fuisset,uel nisi ipsa cōitas.sciens eos esse tales simul
cum eis constituisset eundē. Ber. No.1.ibi: *à cōitate aliqua,*
ꝙ quælibet vniuersitas pōt dici cōitas; facit quod leg.& no.
15.dist.c.1. Not.2.ibi: *maiores & iurati,* ꝙ vniuersitas habet
quandoq; suos præsidentes,qui diuersis noībus nuncupant̃,
sm locorū consuetudinē; & expone maiores.i.rectores,seu
ptātes. Iurati verò.i.consiliarii, uel antiani, vel priores qui
regant uniuersitatē; & dicuntur iurati à iuramēto quod p̄-
stant, ut eorum officiū fideliter exequantur. tñ de esse vni-
uersitatis & substātia nō est,ut ibi sit rector.vnde potest esse
vniuersitas absq; alio capite,ut no.dicit Inn.ī c.cū nō igno-
res.j.de pben.quod tene menti;facit l.1.ff.quod cuiusq; vni.
1 †Tertio no.ꝙ excōicatus [a] non potest procuratorē cōstitue
a re ad eum actum, quem ipse per se facere non potest.[b] vnde
b sicut per se impetrare nō potest,aut in iudicio agere;ita nec
ꝓcuratorē constituere ad hoc, vt hic. Excōicatus ergo nec
ꝓcuratorē dare pōt,neq; ꝓcurator deputari. primū probat̃
hic.sm in c.post cessionē,de probat. Not.ibi: *ipe quo iniun-
ctum,* ꝙ ad considerandū actus ualiditatē debet ponderari
habilitas agentium tempore actus gesti. Si ergo tēpore con
stitutionis est excōicatus,non valet constitutio;licet posteà
desinat esse excōicatus: quod tenet hic Host. & satis ꝓbatur
hoc in d.c.post cessionē. No. ibi: *eadem cōmunitas regebatur,*
ꝙ uniuersitas seu cōitas debet regi & gubernari per officia-
les p̄sidentes illi uniuersitati;ad hoc.l.1.C. de iura.cal.l.mu
nicipes,ff.ad muni.& c.nō erit,& c.grauē, de sent.excō. Itē
no.ꝙ præsidentes excōicati non pñt officiū eorum exercere
durāte excōicatione;facit.c.aduersus,& quod ibi no.de im-
2 mu.eccl. †Et no.ꝙ actus,in quo officialis excōicatus præsti-
3 tit authoritatem,est ipso iure nullus.†No.vlt.regulam;quæ
principaliter colligitur ex text. & tres casus à regula exce-
ptos. Regula notanda est,ꝙ actus gestus ab uniuersitate, in
quo fuerunt aliqui inhabiles, etiam si sint præsidentes, non
c uitiatur propter interessentiā illorum inhabilium.[c] Valet
ergo actus gestus,collegialiter ab habili-
bus & inhabilibus,& sustinetur actus ꝓ-
pter habiles;quod alibi iudicio meo non
ita bene probatur; fallit,ut dixi,in tribus
casibus.Primus casus,quando isti inhabi-
les,maximè præsidentes, sunt expressi in
ipsa dispositione actus. Secundus casus,
quando actus fuit gestus ab uniuersitate
inhabilibus interponentibus authorita-
tē, tanq̃ maioribus & principalioribus.
Tertius casus, quādo uniuersitas scienter
admisit inhabiles ad agendū actum simul
cū eis; & intellige de ea inhabilitate,quā
habiles remittere & purgare nō poterāt;
ut est vitium excōicationis:secus autem si
defectus potuisset purgari & remitti p ha
biles:quia tunc admittendo videt̃ eos ha
bilitare; & iste est casus ꝓprius.c.cū Vin-
tonensis,suprà de elect. Pro declaratione
tex.& totius materię,quę obscurè tractat̃
hic à Doctoribus, & variarunt multū in-
tellectum capituli; prosequor principali-
ter quatuor,prout quatuor sunt in effectu
ea,quæ hic deciduntur. Nā primò,vt dixi
in vltimo notabili,hic ponitur regula af-
firmatiua, & secundò tres casus excepti.
4 Primò igitur† quæro de ratione dubitādi
& decidendi respectu secundæ regulæ. So
lu. ratio dubitādi colligitur ex principio
primæ gl.nam uidebatur,ex quo pręsidē-
tes uniuersitatis erant excōicati,ꝙ cōsti-
tutio ꝓcuratoris facta ab uniuersitate nō
ualeret: quia isti præsidentes habent curā
& gubernationem totius uniuersitatis.
Ideò data eorum inhabilitate, videbatur
ꝙ totus actus deberet corruere.nam mē-
bra ordinantur à capite, vt in c.cū non li
ceat,de præscriptionibus. Sed ratio deci-
dendi in contrariū potuit esse:quia actus
gerit̃ nomine uniuersitatis: ius uerò vni-
uersitatis residet penes habiles, etiā si es-
set unus solus,vt notatur in c.gratū,de po
stu.præla.& in l.sicut,ff.quod cuiusq; vni.
Inhabiles verò non sunt de uniuersitate;
ideò actus gestus sub nomine uniuersita-
tis nō debet corruere propter interessen-
tiam aliquorum inhabilium. Nam habi-
les uidentur actum gessisse meliori modo
quo potuerūt, arg.optimo.l.3.ff.de testa-
mento militari. Nec obstat quod.s.dictū
est in ratione dubitandi: quia, qñ actus
exercetur ab uniuersitate,illi præsidentes
intersunt vt singuli de vniuersitate,& act⁹
spectat ad uniuersitatē principaliter;hoc
intellige, quando ius uniuersitatis nō est
translatum perpetuò in præsidentem,nec
est principaliter penes præsidentem iure
proprio,sed iure vniuersitatis.Nam, si po
testas esset penes præsidentē iure ꝓprio,
tunc non ualeret actus, ex quo præsidens
esset excōicatus.Ad hoc facit quod notat
Innoc.in c.cum accessissent, de constitu-
tionibus, & Bart.in l.1.ff.quando appel-
lā.sit. secus dicendū est,quando actus ex-
plicatur à singulis nō noīe collegii: quia
tunc,si aliquis est inhabilis,nō ualet act⁹,
ex quo habilis & inhabilis exercent actū
indiuiduū & inseparabilē:& iste est ꝓpri⁹

SEB. SAPIA.
a Excōicat⁹. Adde ꝙ procurator excōicat⁹ nō potest alium procuratorem substituere, etiā ꝙ fuerit constitutus cum potestate substituendi alium procuratorem. Vide Feli.in c.post cessionem, col.pe. ver. tertia cōclusio, de ꝓbar.
b Non pōt. Adde Do.de Rot.decis. suis, hoc eo. ti. in antiquis.

ZACHARIAS.
